Quelle:
Copyright:



Cod. XIII. n. 2. 15.

Ottonis Frising. et Raderici cantn. libri 4 de rebus gestis Friderici I. Imper.

2. f. 12 – 205 v

Ottonis Frisingensis episcopi libri II. et Raderici Appendicis libri II. de rebus gestis Friderici I. Imperatoris. Hos libros ex Mss. Caesareis nondum castigatos edidit Muratorius de Scriptor. Rer. Italic. Tom. 6. p. 633. et: Facies Codicis nostri haec: Praecedit epistola Friderici I. Imper. ad Ottonem Frising. patruum suum, in qua hujus ingenium et studium laudatur, quidve per quinquennium gestum sit, ab ipso Friderico breviter exponitur. Hanc excipit tabula capitulorum tam Ottonis, quam Raderici, quae quidem in materia, non autem in numero cum editione Muratorii conveniunt. Post haec sequitur Prologus Ottonis ad Fridericum: "Omnium qui ante nos res gestas scripserunt." Denique ipsum opus inchoatur: "Cum sub imperatore Hainrico". Progreditur Codex noster usque ad Ottonis lib. 2. c. 26. verba: "ad confecta priorum virtutum se vertit insignia"; vid. Murat. p. 728.; ubi lacuna est ad finem usque lib. 2di. Eodem modo initium Appendicis Raderici deest; Codex enim noster incipit verbis: "Largitione pecunia milites", lib. 1. cap. 20. pag. 758. Cetera omnia cum editione Muratorii consentanea deprehendi.

Otto Henrici IV. Imper. nepos, filius S. Leopoldi Marchi Austr. et Agnetis, sororis Henrici V. Imp. Frater Conradi III. Imp. et Friderici I. Patruus, ab ao 1138. Frisingensis episcopus fuit. Pluribus scriptis clarus, obiit non 1159, ubi Baronius ait, sed ao precedenti 1158. Vid. Murat. loc. cit. et Raderici Append. lib. 2. c. 11. Fabr. Bibl. Lat. med. et inf. aet. Tom. 5. p. 186.

Radericus Frisingensis Ecclesiae Canonicus, Ottonis erat amanuensis, et post laudata Ecclesia propositus. Continuavit vitam Friderici I. duobus libris; Scripsit duplex Epitaphium Ottonis Episc. et ante Fridericum obiisse fertur.